Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

utem dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus
Dominus enim prope est. Nihil sollicitis
sitis. sed in omni oratione et ob-
secratione cum gratiarum actione pe-
titiones vestre innotescant apud
deum. Et pax dei que exuperat
omnem sensum custodiat corda
vestra et intelligentias vestras
in xpo ihesu. De cetero fratres
quecumque sunt vera. quecumque pu-
dica. quecumque iusta. quecumque sancta
quecumque amabilia. quecumque bone
famie. si qua virtus. si qua laus
discipline: hec cogitate: que
didicistis et accepistis: et audi-
stis. et vidistis in me. hec agite
et deus pacis erit vobiscum. Gau-
disus autem sum in domino vehe-
menter quoniam tandem aliquando re-
floruistis pro me sentire sicut
et sentiebatis. Occupati autem
eratis non quasi propter penuriam
dico. Ego enim didici in quibus sum
sufficiens esse. Scio et humiliari
scio et habundare. Ubique et in
omnibus instructus sum: et sati-
ari et esurire. et habundare et
penuriam pati. Omnia possum
in eo qui me confortat. Verum
tamen bene fecistis. communicantes
tribulationi mee. Scitis autem
et vos philippenses quod in principio
euangelii cum profectus sum a ma-
cedonia. nulla mihi ecclesia com-
municavit in ratione dati et
accepti. nisi vos soli: quia et
thessalonicam semel et bis in
usum mihi misistis. Non quia
quero datum sed requiro fructum
habundantem in racionem vestram
habeo autem omnia: et habundo re-
pletus sum acceptis ab epafra-
dito que missistis in odorem su-
avitatis hostiam placentem acceptam
deo. Deus autem meus im-
pleat omne desiderium vestrum sec-
dum divitias suas in gloria in xpo
ihesu. Deo autem et patri meo
gloria in secula seculorum amen.
Salutate omnem sanctum in xpo
ihesu. Salutant vos qui mecum
sunt fratres. Salutant vos omnes
sancti maxime autem qui de
cesaris domo sunt. Gratia domini
nostri ihesu xpi cum spiritu vestro amen.

Explicit prologus in epistolam

Incipit prologus

Coloscenses. et hi sicut
et laodicenses sunt
asiani: et ipsi primum
erant a pseudo ap-
postolis. Nec ad hos accessit ipse
apostolus. sed et hos per epistolam recor-
rigit. Audierant enim verbum
ab epaphra qui et mysterium in eos
accepit. Ergo apostolus iam ligatus
scribit eis ab epheso per
tychicum diaconum et onesimum
acolitum. Explicit prologus

Incipit epistola ad coloscenses

Paulus apostolus ihesu
xpi per voluntatem
dei. et timotheus
frater hyis qui sunt
coloss sanctis et
fidelibus fratribus
in xpo ihesu. Gratia vobis et pax
a deo patre nostro. Gratias agimus
deo et patri domini nostri ihesu xpi
semper pro vobis orantes: audi-
entes fidem vestram in xpo ihesu
et dilectionem quam habetis in
sanctos omnes. Propter spem quam
reconditam est vobis in celis: quam
audistis in verbo veritatis euan-
gelii qui pervenit ad vos sicut
et in universo mundo est: et